Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



121

TRENI

arietes. non inuenientes pascua. et
abierunt absq; fortitudine ante
faciem persequentis. Zat. Et recor
data est hierusalem diebus afflictionis
suae. et praeuaricationis omnium desida
bilium suorum quae habuerat a diebus an
tiquis. cum cecidit populus eius in ma
nu hostis. et non est auxiliator.
Viderunt eam hostes. et riserunt
sabbata eius. Heth. Peccatum
peccauit hierusalem. propter instabilis e.
omnes qui glorificabant eam spre
uerunt illam. quia uiderunt ignomi
niam eius. ipsa autem gemens con
uersa est retrorsum. Thet. Sordes
eius in pedibus eius. nec recordata
est finis sui. deposita est uehementer.
non habens consolatorem. uide domine
afflictionem meam. quia erectus est
inimicus. Iod. Manum suam
misit hostis ad omnia desiderabilia e.
quia uidit gentes ingressas sanctuarium
suum. de quibus praecepas ne introirent
in ecclesiam tuam. Caph. Omnis
populus eius gemens et quaerens panem.
dederunt pretiosa quaeque pro cibo. ad re
foriandam animam. Vide domine
et considera. quia facta sum uilis.
Lamech. O uos omnes qui transi
tis per uiam. attendite et uidete si est
dolor similis sicut dolor meus. quia
uindemiauit me ut locutus est
dominus in die irae furoris sui.
Men. De excelso misit ignem
in ossibus meis. et erudiuit me. ex
pandit retia pedibus meis. auertit
me retrorsum. posuit me desolatam.
tota die maerore affectam. Nun
Vigilauit iugum iniquitatum
mearum in manu eius. conuolute sunt
et impositae collo meo. infirmata est
uirtus mea. dedit me dominus
in manu de qua non potero surgere.
Samech. Abstulit dominus omnes
magnificos meos de medio mei.
uocauit aduersum me tempus. ut conteret
electos meos. torcular calcauit do
minus virgini filiae iuda. Ayn.
Idcirco ego plorans. et oculus meus
deducens aquas. quia longe fecit a
me consolator. auertens animam meam.
facti sunt filii mei perditi. quoniam in
ualuit inimicus. Phe. Expandit
syon manus suas. non est qui con
soletur eam. mandauit dominus
aduersus iacob. circuitus eius hostes
eius. facta est hierusalem quasi polluta
menstruis inter eos. Sade. Iustus
est dominus. quia os eius ad iracun
diam. provocauit audite obsecro o
mnes populi. et videte dolorem meum.
uirgines meae et iuuenes mei abi
erunt in captiuitatem. Coph.
Vocauit amicos meos. et ipsi dece
perunt me. sacerdotes mei et senes
mei in urbe consumpti sunt. quia qui
erant cibum sibi ut recrearent a
nimas suas. Res. Vide domine
quoniam tribulor. uenter meus conturba
tus est. subuersum est cor meum in
memetipsa. quoniam amaritudine ple
na sum. foris mortis gladius. et
domi mors similis est. Sin. Au
dierunt quia ingemisco ego. et non
est qui consoletur me. Omnes inimi
ci mei audierunt malum meum.
letati sunt quoniam tu fecisti. Adduxis
ti diem consolationis. et erunt simi
les mei. Thau. Ingressus omne
malum eorum coram te. et uindemia
eos sicut uindemiasti me. propter
iniquitates meas multae sunt ge
mitus mei. et cor meum moerens.